

præparatis ad eſcam, cum teterrima illa monſtra dæmoniorū
 Occurrentia contra eam videbis, aut quis te ducet per igno-
 tam regionem. Attende (3) & quām citò veniet dies ultima, III. Judi-
 subitò veniet, sed & forsitan hodie est. Jam adeſt, jamjam præ- cii Itim
 ſentaberis ante tremendum judicem, accusaberis multis & ma- ceni itu-
 gnis offenſis, non uno, nec paucis, ſed innumeris criminibus, do ejusq;
 non parvis, ſed immensis, non dubiis, ſed certis, non brevi acceſſu severita-
 fatione, ſed tam longa, quām longa eſt tota vita tua, non unā ac-
 culatione, ſed tot, quoſunt delicta tua. Ipſe judeſ erit accuſa-
 tor tuus, omnes etiam ſpiritus boni & mali coram Deo te accu-
 fabunt. Tot judicibus propriis aſtabis, quoſquot te præceſſe-
 runt in opere bono. Iniquitates tuæ omnibus populis nuda-
 buntur, & cunctis agminibus patebunt universa ſcelera tua,
 non ſolum aetuum, verum cogitationum & locutionum. Multa
 verò tunc venient ex improviso, quaſi ex infidiis, quaꝝ modò
 non vides, & forsitan plura & terribilia ſunt his, quaꝝ non vides.
 Undique erunt tibi angustiae, hinc erunt accuſantia peccata, tre-
 mendia iuſtitia, ſubtus patens horridum caos, deſuper iratus
 judeſ, intus vermis conſcientiae, foris ardens mundus. Si justus
 vix ſalvabitur, peccator ſic depræhensuſ in quaꝝ partem ſe-
 tuebitur? Latere enim impoſſibile eſt, apparere intolerabile. Ju-
 dedex erit veſementer iratus & terribiliter diſtriictus: ſententia
 enim ſimul oblata erit immutabilis, tortores horribiles, qui num-
 quam miſerentur, parati erunt, ut ſententia te condeſmet ad
 tormenta. Timor conturbabit te, cum terra aperietur coram
 te, Tu rues in ſtagnum ſulphuris ardentis & fœtentis, ignis ex-
 terius carnem tuam comburet, vermis interius conſcientiam
 corrodet. Ibi eris ſine fine veniæ & miſericordiæ, DEum videre
 non poteris, & bonis omnibus carebis, quaꝝ in potestate habui-
 ſti. Si viſ cogitationes malas à corde tuo expellere, haec ſæpe
 cogita ſupra ſcripta. Haec ita, jam non mellitissimus, Bernhar-
 dus circa fin. lib. prior. de Conſcientiâ. Quaꝝ ſi quis legens aut au-
 diens ad animum ſibi non revocet, de eo ſanè pronunciavero il-
 lud Comici (Heavton. V, 1, 3.) in.